



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

158. fer. 5. De Ascensione Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 5. Dom. 5. post Pascha. 175

fectione voluntaria oriri fatemur. Quod idem docet Chrysoſtomus loco citato. In nobis eſt gratiam Dei conſervare, vel deſtruire. 1. Si coeleſtia contemplantur. 2. Si ad ſecularia declinamur

Conf. 3. Non poſſe melius me petere à Chriſto, quàm bonam voluntatem, pro qua ſupplicem libellum formabo ex capite 17. Joan. ubi idem Chriſtus petit pro nobis.

MEDITATIO CLVIII.

*Feria 5. Dominicæ 5. poſt Pascha,
De Aſcenſione Domini.*

Videbo Dominum in Mōte Oliveti quinta Maij Angelis & hominibus inſpectantibus plus quàm quingentis, 1. ad Cor. 15. datâ benedictione facie ad occidentem verſâ teſte Adrichomio in meridie ſublevatum, & vi propriâ in cœlos illatum, ubi partem ovium dextram primus Agnus obtinet, ut ait D. Ambroſ. ſerm. 60. Petam agnoſcere gloriam conſummatam Chriſti, eamque cum immaculato grege, viſione conſequi.

Conf. 1. Verba D. Auguſt. in Pl. 54. *Vespere, manè, & meridie narrabo: Vespere Dominus in Cruce, manè in Reſurrectione, meridie in Aſcenſione, & narrabo Vespere patientiam Morientis, annuntiabo manè vitam Reſurgentis, orabo ut exaudias meridie ſedens ad dexte-*

M 6 rano

276 *Feria 5. Dom. 5. post Pascha*
ram Patris, & nostra tecum pectora in Cœ-
lum trahas.

Conf. 2. Beneficia Humanitati Christi
facta. 1. Esse divini Verbi, Filij Dei naturalis,
veri Dei, æqualitatem cum Patre & Spiritu
sancto secundum divinitatem. 2. Secundum
gratiam Capitis Angelorum, & hominum,
quos ut Caput dirigit, & in quos vim ad o-
perandum influit. 3. Dignitatem Regis to-
tius Universi, & Sacerdotjs, secundum Or-
dinem Melchisedech, qui obtulit Panem &
Vinum. 4. Gratiam habitualement in genere
gratiæ infinitam, qua esset gratus Patri ma-
gis, quàm B. Virgo; Angeli, & omnes Sancti
simul sumpti. 5. Omnes Virtutes, & omnia
dona, & omnes gratias gratis datas. 6. Scien-
tiam beatam, qua novit omnia, quæ sunt,
fuerunt, & erunt: scientiam quoque infusam,
& experimentalem. 7. Omnem potestatem
in cælo, & in terra, & quòd tam admiran-
da operetur. 8. Quòd tanta in vita sua san-
ctissima operaretur, & pateretur pro me. 9.
Quòd resurrexerit, in altum ascenderit, ad
dextram Patris sederit. 10. Quòd ibi ut Rex
magnus & potens omnia gubernet, ac sen-
sim suos carpat, & ad se colligat. Gratulabor
Domino meo hanc decadem beneficiorum.

Conf. 2. Sex modos Christum sequendi in
cœlum. 1. Porrectione manûs, Ps, 133. Ex-
solite

Feria 5. Dom. 5. post Pascha. 277

*tollite manus vestras in Sancta. 2. Per scalam Præceptorum ejus. 3. Saltu, ad quem requiritur depositio oneris, inclinatio corporis, & terræ calcatio, seu mortificatio carnis, humiliatio Spiritûs, contemptus mundi. 4. Cuisu affectuum virtuosorum. 5. Volatu columbæ, aquilæ, phœnicis, seu contemplatione altiore. 6. Incorporatione, quòd petijt Christus, ut unum sint: & Paulus ait: Vos estis Corpus Christi, cui incorporabor usu Sanctissimæ Eucharistiæ, optando eam recipere, ut pater coelestis Christû coelos primû intrantem, & me solabor verbis S. Chrystomi hom. 45. in Joan. *Vt serra nobis cælum sit, facit hoc Sacramentum.**

MEDITATIO CLIX.

Feria 6. Domin. 5. post Pascha.

Quomodo orandus DEVS, ut nos emundet.

Collocabo me in primo Angelorum choro, primæ Hierarchiæ, cujus est omnia emundare, quia Deus est actus purissimus, ad Hebr. 1. Petam intelligere, quænam emundanda sint.

Conf. I. Septem esse vitia capitalia emundanda. Superbi orent sanctificari nomen Dei, quod facit humilitas. Avari: *Adveniat Regnum tuum*, quod promittitur pauperibus Spiritu.